



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 51. Comitia Principum Germaniæ Moguntiæ celebrata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

**Sæcul. XV.** violabili fide eundem tanquam verum  
A. C. 1439 ac summum Pontificem venerati sunt;

*Vide sup.* ta tamen, ut nec Eugenio, nec Basileo  
*lib. CVII. §. sibus plene adhærerent.*

108. & 109.

### §. LI.

#### *Comitia Principum Germaniæ, Moguntiæ celebrata.*

Cum ea, quæ in Norimbergensi con-  
ventu Anno Domini millesimo qua-  
dringentesimo trigesimo octavo conclu-  
fuere, nec Eugenio Pontifici, nec Bu-  
leensibus probarentur, totius negotii de-  
cisio ad proxima Principum Germaniæ  
comitia Francofordiæ celebranda pre-  
hebatur. Verum cum grassantis per-  
lentiæ vis hunc quoque conventum pre-  
pediret, comitia non nisi hoc anno me-  
se Martio Moguntiæ coacta fuere, ad que  
Basileenses suos quoque destinarunt Le-  
gatos, quos ampla facultate secretisque  
mandatis instruxerunt, dato negotio, ut  
ea ad effectum haud deducerent, nisi  
prævium Principum beneplacitum illis  
pleniusr suffragaretur. Ibidem Ludovicus  
Patriarcha Aquilejensis hujus Legatio-  
nis Princeps a Basileensibus missus, præ-  
rogativa Legati a latere muniebatur, om-  
nemque auctoritatem alias Legatis con-  
cedi solitam prætendebat.

Ex Augustini Patricii actis discimus, *Secul. XV.*  
 quod solemni huic Moguntino coetui Basileensium quoque Oratores interfuerint, *A.C. 1439.*  
 nec non Cardinalis S. Petri ad vincula, & Trevirensis, Coloniensis, ac Moguntinus Archiepiscopi, sacrique Romani imperii Electores cum tribus aliis Germaniae Episcopis. Ex iisdem etiam Actis liquet, quod Turonensis Archipræful, & Trecensis Episcopus, necnon Legati ab Alberto Imperatore, Galliarum Rege, Mediolanensi Duce, pluribusque *Acta Patricii* aliis Germaniae Principibus missi præter *hist.* Conchensem Episcopum Hispaniae, seu *Conc. Basil.* Castellæ Regis Oratorem præsentia sua *tom. 13. conc.* *p. 1565.* hunc conventum honoraverint. In eo habebantur plura colloquia, in quibus Principes a Basileensium Deputatis, ut adversus Eugenium Papam judicii acta prosequi cessarent, aut Concilii locum mutari consentirent, nullatenus impetrare poterant. Observat insuper idem Scriptor, nonnullos Pontificis nomine huic conventui claim intervenisse, atque inter ceteros facile principem extitisse Nicolaum Cusanum, qui Eugenii innocentiam strenue defendit, ac Basileensium convenutum nequaquam Oecumenicam esse Synodus, palam pronuntiavit.